

distis signa, sed quia comedistis panes illos, & saturatus es. Johan. 6. 26. Itaque; postea cum audirent, solos a patre tractos, quibus datum est, venire ad Christum, pedem retulerunt. v. 44. 65. 66. Qualis fuisse videtur & Demas, qui derelicto Paulo in vinculis, amplexus praesens seculum, profectus est Thessaloniam. 2. Timoth. 4. v. 10.

XLIII.

Contrarium omnino patet in sancto Mose, de quo Hebræ. 11. 25. expressè scribitur, quod per fidem, iam grandis factus, renuerit vocari filius filia Pharaonis: potius eligens simul malis offici cum populo Dei, quam temporariis commodis, peccatis frui (*η πρόσκαιρον ἔχει αμαρτίας δικαιοσύνην*) ubi vox *ἀγρυπνίᾳ*, manifestè commodum temporarium significat. Maiores enim arbitratus est diuitias probrum (id est crucem) Christi, quam Aegyptiorum thesauros. Intuebatur enim (videlicet Fide) in primis largitionem, hoc est, in vita æternæ promissionem, ac remunerationem gratuitam.

XLIV.

Sic nec vero, sincerōe corde hō alterum Auditorum Evangelii genus amplectitur Evangelium, licet cum gaudio & statim sermonem accipiant. Nec enim radicem habent, sed Fidei duntaxat adumbratam quandam speciem obtinent, sitam in cognitione, nec in corde veraciter fundatam, qualis est hypocitarum, Fidem præse ferentium, de quibus Job. 8. 14. Sicut tela aranearum (inquit) fiducia hypocrite. Super acervum petrarum radices ejus densabuntur, & inter lapides commorabitur: si absorberit eum de loco suo, negabit eum, & dicet, Non novite, &c. v. 17. 18.

XLV.

Exemplo est Simon Magus, Acto. 8. 13. qui & ipse videtis miracula, credidisse dicitur: sed fide adumbrata, non salvifica; quippe cuius cor non erat rectum in conspectu Dei; quo nomine Petrus, Video, (inquit) te in felle amarissimo (perversissimæ doctrinæ, Deutero. 29. 18. Hebr. 12. 15.) & in nexu injustitiæ positum esse, (quoad vitæ impuritatem, & cor ad avaritiam exercitatum) v. 23.

XLVI.

Itaque; baptizatus quidem apud Philippum perduravit: (ad tempus videlicet) tamen quo fine, & animo perdurârit, satis manifestat, cum dona Sancti Spiritus empta vellet pecuniā (quæ denuò scilicet divenderet majore precio, seq; inde magnificaret) unde Petrus ei dixit: Argentum

enim